Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

motu et agitatione que necessaria
est ad complendum motus panni-
culorum et partium mobilium que
necessarie sunt ad euetendum
in cerebro et ad complendum opera-
tiones quinque sensuum interiorum
qui inveniuntur in cerebro quorum
operationes nequaquam fieri
possunt sine vehementi agi-
tatione spirituum animalium in in-
strumentis illorum sensuum ficta
et colligitur. Hec sententia prima
tertii 2° capitulo et sic solvitur
dubium. ¶ Jam autem proce-
dendum est ad assignandum causas
huius elefantice dispositionis.
Quamvis igitur cause multipli-
cant eventum materiei mela-
colice possunt esse causa eventus
huius egritudinis, si tamen eis ap-
plicetur causa adustionis fe-
calis materiei melice. Neque
enim bene compertum est ab aucto-
ribus ypostesiva meliam
absque adustione esse malam
causam huius egritudinis. Spar-
sa enim hec materia in venis
miraach et cerebro concitata
facit melancoliam miracchiam
multiplicata vero in cerebro
et corrumpens eius temperamentum
melancoliam facit per essentiam.
eadem vero in splene manens
per oppilationes, et per emorroy-
dales venas multiplicata
a virtute potenti pellitur per
anum emorroysagiam faciendo.
Ad aliquem vero locum vel lo-
ca compulsa melia semper ypos-
tesiva et congregata sclero-
tica facit apostemata nodos
glandulas et similia et cetera de aliis

Cum autem fecalis melia recipit
augmentum malicie adustione
hec est deterior specierum melie
preter naturam, et tante malicie
quod proiecto ad cutem ebullit
super eam et a multis animalium
hausta venenositate sua cor-
rumpit eam. Cum ergo talis ma-
teria ab adurente caliditate
epatis generatur non est mirabile
si evaporando ad caput plu-
rima faciat in partibus eius
apostemata solida et nodosa
primo incipientia in labiis
naso, auribus et superciliis propter
raritatem harum partium quas
omnes venenositate sua corrum-
pendo permutat adeo formo-
sitatem faciei humane corrumpendo
quod terribile est aspicere tales
hominum facies. et adhuc in om-
nibus faciei partibus, in collo et
gula dilatata materia corrumpit
involverat predictas partes ef-
fundendo virus. et corruptas
materias magni fetoris que circum-
stantem aerem tanta veneno-
sitate inficiunt quod magnus
timor est circumstantibus appro-
pinquare ad eos propter quod anti-
quitus et nunc etiam in pluribus
civitatibus diversarum regionum
que secundum policiam debite gu-
bernantur. tales egrotantes a
communi hominum conversatione facti
sunt exules et longe ab eis
ponendi. At vero iterum hec
pessima multiplicata materia
non raro in venis latune vel
torcularis substracte cerebro
apostema melicum id est cancro-
sum in concavo palati aptum co-
latorium efficit adeo quod multi

82

58